

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi  
Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Visitationis B. V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

II. Prædicavit, quæ aurie non audivit; in-  
cognita Angelis, ut innotescat Prin-  
cipatibus & Potestatibus &c. III.  
Desideravit, quæ in cor hominū non ascen-  
dit: Cupio Anachema esse pro fratri-  
bus meis. Quis hæc unquam aliud  
*Id.*



## FESTUM VISITATIONIS B. V. MARIÆ.

*Patrock-  
nium  
MARIAE.* **T**HESIS I. Exurgens autem in di-  
bus illis abiit in montana. *Luc. 1.  
v. 39.* A Domina nostra I. Rei ha-  
bent veniam. II. Justi gratiam. III.  
Angeli lætitiam (omnia hæc in utero  
a MARIA Joannes) *S. Bern. in Sentent.*

*Visitatio.* **T**HESIS. II. Intravit in domum,  
*Luc. 1. v. 40.* Quale discriminis sit,  
quando Deus nos visitat, & quando noi  
visitat MARIA? ibi timor, hic gau-  
dium; ibi metuendum: *Visitabo in vi-*  
*th*

ga. Ps. 88. hic lætandum: Ponam Visitationem tuam pacem. Isai. 60.

THEISIS III. Cum festinatione. Festinatio.  
Luc. I. v. 39. Festinavit propter  
tria: I. Ut videlicet Virgo verecunda  
cito Publicum evaderet. II. Ut Ob-  
sequendi desiderio satisfaceret. III.  
Ut cito Dilectam videret. S. Albertus  
in c. 1. Luc.

THEISIS IV. Magnificat anima  
mea Dominum. Luc. I. v. 46. I.  
Magnificat, quia B. V. Deo majus no-  
men contulit, quam ad extra prius ha-  
buit, scilicet, quod sit iam Deus Dei, qui  
antea erat solum Deus Abraham, Deus  
Iaac &c. II. Magnificat, quia in ipsa  
sola Major apparet, quam in omnibus  
alijs puris & creaturis a se productis: Di-  
gna Digni. Segneri Servus MARIE de-  
votus. c. 1. §. 3.

THEISIS V. Salutavit Elisabeth. B. V. parva  
Luc. I. v. 40. Septies rancum B.  
Virgo locuta est, prout ex Evangelistis  
colligitur I. Bis Angelo. II. Bis ho-  
mini. III. Ter autem Deo. S. Bo-  
nav. in Speculo Virg. c. 6. Ex quo ju-  
te Seraphicus Doctor conqueritur, di-  
F 3 cens,

cens, heu ! contra multos , qui tam  
parùm cum Deo in orationibus , & tam  
multum cum hominibus loquuntur in  
fabulationibus inutilibus,

*Virgo sit solitaria.* THESIS VI. *Abiit in montana.*

Lec. I. v. 39. Neque , ut quidam  
Author bene docet , Virgo plus quam  
ter ab ædibus exire debet : I. Seme in  
Baptismo. II. Secundò in Nuptiali  
Conjugio. III. Tertiò in Sepultura &  
Morte. Et ideo amicum ad solitudinem  
provecans Sponsus , & ejus clavuram  
extollens, ajebat : *Amica mea. Columba  
mea in foraminibus petræ. Petrus Bleſſens.*  
*in Conc. ad Dom. 23. post Pent.*

*festinatio in itinere.* THESIS VII. *Cum festinatione.*

Lec. I. v. 40. Tria signa sunt singu-  
laris festinationis , ac celeritatis. I.  
Si cursus enò & mature inchoetur. II.  
Si sine mora & interruptione proceda-  
tur. III. Si fortiter , & pro viribus  
properetur. *Barry in Solitud. Hagio-*  
*phile die 4. discurs. 2.*

*visitatio.* THESIS VIII. *Unde hoc mibi ut-  
veniat Mater Domini mei ad me ? Luc.*  
*I. v. 43. Ut Visitatio aliqua sit me-  
ritoria , debet esse I. Honorifica illi ,*  
*qui*

qui eam instituit. II. Utilis illi , qui  
eam excipit. III. Grata Deo , qui  
eam vider.

THESS IX. Unde hoc mihi, ut  
veniat Mater Domini mei ad me? Luc. Causa p̄̄  
stitutionis.

I. v. 43. Quinque genera Visitatio-  
num invenies: I. Prima est, quæ fit  
Decentia causâ, veluti Amicorum, Co-  
gnatorum, Benefactorum &c. II.  
Secunda est, quæ fit *Charitatis* causâ,  
veluti ægrotorum, afflictorum, capti-  
vorum &c. III. Tertia est *Instructio-*  
*nis* ergo, vel ad sciendum quidpiam, vel  
docendum. IV. Quarta est propter  
*Vocationem*, vel invitationem, si status  
personæ permittit, vel secum fert. V.  
Quinta *Recreationis* causâ, ad recrean-  
dum se, & recuperandas vires corpo-  
ris. P. Anton. Boissieu in Exercit. *Via*  
*Perfectionis* fol. mihi 250. n. 3.

THESES X. *Abiit in montana.*  
Luc. i. v. 39. Non sunt in terra nostra ullæ miseriæ, quæ MARIA de cœlis non videat, non ijs tangatur, non ijs subvenire possit. I. B. Virgo totus Oculus est ad cognoscendas eas, quia Sapientissima. II. B. Virgo totum Cor F. 4 est

B. V. ocean  
lus est, cor-  
manus.

est ad commiserandum, quia Benignissima. III. B. Virgo teta Manus est ad succurrendum, quia Potentissima. Di tallevi Dom. 12 post Pent.

*visitatio  
cur faciente  
an?*

THESS XI. Ut veniat Mater Domini mei ad me. Luc. 1. v. 43. Visitaciones facienda sunt I. Aut ex Necessitate, ut cum de negotijs agendum est. II. Aut ex Charitate, ut cum pauperes, ægroti adeundi sunt. III. Aut ex Humanitate Christiana, ut cum ad amicos, cognatos, benefactores eundem est.

THESS XII. Abiit in Montana. Luc 1. v. 39. I. B. Virgo non visitavit, nisi ut edificaret proximum suam modestiam. II. Non visitavit, nisi ut exerceret Charitatem erga proximum suo auxilio. III. Non visitavit, nisi ut communicaret suam Sanctitatem, exerciendo ad virtutes proximum. Action. Apostolus.

*visitatio  
B. V. my.  
periosa.*

THESS XIII. Exurgens autem MARIA in diebus illis. Luc. 1. v. 39. MARIA licet gravida abiit cum festinatione majori, scilicet portata ab aura Spiritus Sancti. Nempe; I. Quæ se in-

infra ancillas dejecit, eodem tempore  
supra verticem excelsorum montium  
se extulit. II. Dum Deus in illius  
sinum descendit, illa ascendit in Mon-  
tana. III. Cum à Spiritu Sancto fuit  
obumbrata, in lucem prodijt. IV.  
Dum Deus in utero ipsius se abscondit,  
Virgo sese publico indulxit.

THESES XIV. *Magnificat anima mea Dominum.* Luc i. v. 46. I. Tanquam <sup>Mysteria  
Contici</sup> *Magnifica* quam *Virgo Miraculosa* laudat Deum; *car.*  
Magnificat &c. II. Tanquam *Crea-*  
*tura* sese humiliat coram Deo: Respe-  
xit humilitatem *Ancillæ suæ*. III.  
Tanquam *Prophetissa* prænuntiat suam  
Benedictionem à populis: *Ecce enim*  
*ex hoc beatam me dicent omnes gene-*  
*rationes.* Durand. in *Charact. San-*  
*ctor.* 2. Jul. Cur autem Magnificat  
ab Ecclesia in Vesperis cantetur? re-  
sponder Paciuchellus Lect. i. in Ma-  
gnificat. Quia B. V. duabus, vel tri-  
bus horis post meridiem perveniens in  
domum Elisabeth illud fere ad Vespe-  
ram cecinit.

FE.